



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**EPISTOLAE TRES AD || D. IOANNEM PAPPVM ||
THEOLOGVM LVTHE-||RANVM:|| PRIMA, Excitatoria, cùm in
seruando iureiurando Emetingæ factò, ne-||gligentior
esset Pappus.|| SECVNDA, Refutatoria Parallelorum ...**

Pistorius, Johann

COLONIAE, 1594

VD16 P 3042

Reverendo, Nobili, Et Clarissimo Viro, Domino Andreae Wendelstein I.V.
Doctori, Constantiensis & Basiliensis Cathedralium Ecclesiarum Canonico,
suo in Vicariatu antecessori, & singulariter colendo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-43314

REVERENDO, NOBILI, ET CLARISSIMO VIRO, DOMINO ANDREAE VVENDELSTEIN I. V. DOCTORI, CONSTANTIENSIS & BASILIENSIS CATHEDRALIUM ECCLESIAARUM Canonico, suo in Vicariatu antecessori, & singulariter colendo Domino & amico.



VM Epistolas duas meas contra Pappum Argentinensem Lutheranum Theologum effusas magis quam scriptas, Reuerēde & clarissime Vir, referre in publicum amici iuberent: quanquam praeuidebam futurum, ut tanquam non satis elaboratae, in reprehensionem hominum incurrerent: tamen morem gerendum esse putavi: praesertim quod sperarem, quia epistola essent, in quibus accuratio sermonis & artificium disserendi non vehementer attenditur, tantò mihi libentiùs esse tantoq; prolixius daturus omnes veniam. Itaque sine maiori cōsideratione ad Typographum misi: Tamen nolui, ut sine tuo nomine in lucem venirent: tum quia negotiorū peregrinationū-

** 2

que

EPISTOLA DEDICATORIA.

que mearum frequentiam subiectam oculis habes: & testari potes, ad plus studij in scriptione ponendum, & ad ista semel relegenda, que scripsi, nullum prorsus mihi vacuum relictum fuisse tempus: tum quia saepe iam optavi ut amoris nostri publicum signum ante oculos hominum appareret: & omnes quantum te merito tuo & propter doctrinam virtutisque praestantiam amarem, tanquam inscriptum in aperta tabula perspicerent: quod ex ista nuncupatione existimabam me consecuturum. Accipe igitur, Vir Reuerende & Praestantissime, testimonium animi mei: & permitte ut, quanta inter nos intercesserit beneuolentia coniunctio, posterius ex isto libro legant. Vale, Domine & amice obseruande: meque, quod facis, ama, amantissimum tui. Ex Museo Constantiensi meo. Nonis Februarij, Anno M. D. XCII.

Reuerentiae tuae

Obseruantissimus & Amantissimus

Ioannes Pistorius
Nidanus, &c.

EPI-